

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4203

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1331

## C O D I C E S

1332

tor Kuedip. Abintestatus Ane se-  
le gerete. Aucupium Vogilwerk.  
Alietus stutar. Bubo Haw. Sage-  
na Wate. Remex Stewir. Am-  
bra Walrat. Alota Quappe ader  
alruppe. Bos Varre. Hinnulus  
Hindenkalp ader Junchirs. Ver-  
vex Rammil ader per. Aluear  
Benstak ader bewte. Asilus We-  
spe, Horle, Homyl. Bombix  
Seydinspinne. Cynamomus Cyn-  
nebom. Cornum Haynbotin. Ab-  
glomerare Abereyfen. Abliguri-  
re Laffin ader flurben &c. Ad cal-  
cem: *Finitus est hic liber anno do-  
mini M° CCCC° II°. feria III.  
ante festum corporis christi. Wenc.  
Rossius Pressorovinus multis locis  
Codicem nomine suo consignavit.*

## CCCXLII.

<sup>208</sup> Codex chartaceus lat. Sec.  
XV. Folior. 223. f. partim 2.  
columnis, partim lineis longis  
exaratus sequentia complectitur.  
I. Partem scholasticae cuiusdam  
Commentationis de Origine Vi-  
tiorum, quae incipit: *Jam vte-  
rius prosequendo originem vitio-  
rum ex intelle<sup>t</sup>uali cognitione uel  
consideracione videndum est nunc  
de ortu avaricie ex radice illa &c.*  
Non tamen Avaritia sola Autori  
anonymo paginam facit, sed ad  
Providentiam Dei, ad Sortilegia  
expatiatur. Sana illum sentire,  
vel ex hoc loco p. 42. colligas:  
*Nonnulli se aliquid de spiritu pro-  
phecy habere presumentes ut ab-  
bas Joachim et aliqui moderniores,  
de quibus et hodie aliqui sunt, stul-  
te et reprehensibiliter nimis soli-*

*citi fuerunt de determinatione se-  
culi, ita ut aduentum magni anti-  
christi ante finem sex annorum uel  
circa complendum fatue expectent  
&c. Manca est haec Tractatio et  
in haec verba definit: *Nec omnis  
effetus causarum naturalium ut  
ignis — — —**

II. fol. 100. incipiunt Opus-  
cula quaedam Nicolai de Cle-  
mangis rectius Clamengis Campani,  
qui vir Reformationis disciplinae Ecclesiasticae studiosissimus  
in Navarraeo Parisis Collegio  
post an. 1434. decepsit, et pri-  
mo quidem, ut fert inscriptio:  
*Liber de filio prodigo per Nico-  
laum de Clamengis Cantorem Ba-  
iocensem compositus*, qui incipit:  
*Audite o penitentes sermonem de  
fratre vestro &c.* extatque post  
edit: *Paris. 1521. 4. in T. VIII.*  
Bibl. PP. Marg. de la Bigne. Pa-  
ris. 1576. p. 599. f. et inter Au-  
toris *Opera omnia*, quae *Lugdu-  
ni Batav. 1613. 4.* edidit Job.  
Martini Lydius, p. 109. Ad  
hanc porro editionem et subse-  
quentia exigentur.

III. fol. 109. p. 2. *Incipiunt  
Epistole per nicolaum de Clamen-  
gis sub nomine uniuersitatis Studij  
parisiensis composite, que pri-  
ma illius fuerunt opuscula.* Prima  
ad karolum sextum Regem ffran-  
corum de tribus vijs pro scisma-  
tis (inter Clementem VII. Bene-  
dictum XIII. et Gregorium XII.)  
sedacione per dictam uniuersitatem  
memorato regi presentatis. Ini-  
tium: *Christianissimo ac religionis  
orthodoxe zelantissimo principi &c.*  
*deuota sue celstudinis filia uniuer-  
sitas*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4203

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1333

## D O G M A T I C I .

1334

*sitas parisiens. &c. Quanquam maiorum nostrorum &c. Extat, non tamen fine lectionis varietate, in Dacherii Spicil. T. VI. p. 81. et Bulaei Hist. Univ. Paris. T. IV. p. 687. Defuit Lydio.*

*IV. fol. 120. Secunda Epistola ad dominum Clementem septimum Romanum pontificem trium superiorum viarum insinuatiua ad ecclesiasticamque pacem bortatiua ubi eciam de turbatoribus fit conuestio. Initium: Coegit nos tandem pater beatissime christi fides. coegit christiane religionis sincera deuotio. coegit non ultra toleranda luftuose pestis scismatice diuturnitas &c. Ex quo solo principio vides, quam abeat lectio ab exemplo Dacherii T. cit. p. 109. et Bulaei T. cit. p. 699.*

*V. fol. 121. p. 2. Tercia Epistola ad eundem dominum clementem in qua apud eum fit conuestio quod Epistolam superiorem venenosam vocauerit. Incipit: Pau- cis abbinc pater beatissime diebus exactis nobis in mentem venerat &c. et legitur Bulaei T. cit. p. 701. sed pharsi pluribus in locis non parum diversa.*

*VI. fol. 123. p. 2. Quarta Epistola ad Capitula Cathedralium ecclesiarum regni Iffrancie in qua ad pacem ecclesie cum ipsa uniuersitate procurandam admonentur et ad publicas preces et processiones super hoc agendas. Initium: Ju- stum erat Venerabiles domini fra- tresque in christo carissimi ut quos benigna mater ecclesia suo sinu souerat &c. Bulaei T. cit. p. 712.*

*Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

*VII. fol. 124. p. 2. Quinta Epistola ad magistros et doctores Studij Colonien. in qua ad eorum respondet Uniuersitas parisiens. Initium: Litteras magistri venerabiles vestra nobis ex parte directas &c. Dacherii T. cit. p. 104. Bulaei T. cit. p. 704.*

*VIII. fol. 125. p. 2. Sexta Epistola ad collegium Cardinalium post nunciatam mortem domini Clementis transmissa in qua rogantur ut a noua supersedeant eleccione donec sit alterius partis voluntas explorata. Initium: Etsi firmam reuerendissimi patres animo spem ante conceperamus &c. Dacherii T. cit. p. 106. Bulaei T. cit. p. 711.*

*IX. fol. 127. Septima Epistola ad Johannem regem Aragonie responsoria ad eius literas cum gratiarum accione et ad constanter pro unione laborandum cohortatoria. Incipit: Gratissimas regalis magnificencie vestre princeps serenissime literas &c. Bulaei T. cit. p. 719.*

*X. fol. 128. Octava Epistola ad dominum Benedictum tertium-decimum ad Romani pontificatus apicem recenter electum ad vigi- lanter pro ecclesiastica unione labo- randum vebementer exhortans. Incipit: Quamquam pater beatissime quum ad nos primum perlata fuit romani pontificatus vacatio &c. Bulaei. T. cit. p. 713.*

*XI. fol. 130. Nona Epistola ad eundem benedictum de commen- dacione atque extollencia vie ces- sationis voluntarie super uniuersas alias multis ex causis ac radicibus*

I

non

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4203

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1335

## C O D I C E S

1336

*non alias vias improbando alias oblatas sed facto atque execuzione difficiles ostendendo. Incipit: Sanctissimo in christo domino Benedicto &c. Deuota sue beatitudinis filia vniuersitas studij parisien. &c. Quoniam pater beatissime ante aliquot menses vestro adhuc antecessore in humanis agente ad abolen- dum scisma nequissimum &c. Bulaei T. cit. p. 740.*

Ad calcem nobis additur : *Expliunt Epistole per N. de Clamengijs sub nomine Vniuersitatis parisien. circa materiam ecclesiastice vunionis edite. Absunt omnes ab editione Lydii, quamvis p. 191. earum texat elen- chum. Eundem textit et Job. Lau- nojus in Acad. Paris. illustr. p. 578. ineditas reputans, quod mirum, cum Caes. Egassius Bu- laeus 14. annis ante suae illas Hi- storiae inferuerit, ut vidimus. Il- lud iterum monendum, eas in praesenti Cod. frequentissime abi- re a Bulaei et Dacherii dictione, diligenterque inspiciendas ab eo, qui olim Nicolai Clamengii lucu- brationibus, verius ac Lydius, inscribere voluerit : Opera Omnia.*

XII. fol. 140. p. 2. *Incipit tractatus breuis contra prelatos simoniacos. Initium: Multa mibi in presulibus nostris bodiernis &c. Legitur Philippica haec Clamengii nostri in Bibl. PP. Marg. de la Bigne T. VIII. Paris. 1576. p. 650. et in edit. Lydii, qui eam ad Job. Gersonem scriptam adse- rit, p. 160. Ad calcem: Expli- cit tractatus compendiosus de sta-*

*tu cleri et prelatorum temporum bodiernorum.*

XIII. fol. 144. p. 2. *Incipit Sermo N. de Clamengijs de Inno- centibus. Initium: Nota est tiran- ni herodis. nolo enim regem dicere nepheria atque tragica crudelitas &c. Finis: cuius nos et vos cum vestra prole benedicta confessores efficiat ibesus christus dominus no- ster, qui cum patre &c. Inter inedi- ta Clamengii recensetur a Lau- nojo suprac. p. 579.*

XIV. fol. 147. p. 2. *Ejusdem Orationes X. quarum Prima, quae incipit: Deus deus respice in me &c. et Secunda: Erravit domine ouis misera &c. nullum certum fi- nem habent; reliquae Odo Horis Canonicis praemittendae sunt. Earum initia habes apud Launo- jum in elenco inedorum p. 579. Lydius eas ignoravit. Ad calcem in Cod. nostro: Expli- ciunt quedam brevia opuscula Ni- colai de Clamengijs Cantoris Baio- censis.*

XV. fol. 152. p. 2. *Incipit li- ber N. de clamengijs de nouis fe- stiuitatibus. Initium: Non puto conueniens esse &c. Extat T. VIII. Bibl. PP. Marg. de la Bigne Pa- ris. 1576. p. 633. et apud Ly- dium p. 143.*

XVI. fol. 165. *Incipit liber de Studio Theologico Nicolai de Clamengijs. Initium: Non fuit animus vir diserte, quando ad tuam ante aliquanta tempora caritatem &c. Edidit Dacherius T. VII. Spi- cil. p. 138. aitque scriptum ad Johannem de Pedemontio Baccalar. in Theologia. Lydius ignoravit.*

XVII.

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4203

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1337

## D O G M A T I C I .

1338

XVII. fol. 177. *Incipit liber de prosperitate aduersitatis Nicolai de Clamengijs.* Initium: *Cum maxime predicatoris officium sit &c.* Post editionem *Paris.* 1521. 4. comparet in *Bibl. PP.* suprac. p. 622. et apud *Lydium* p. 132.

XVIII. fol. 185. *Hugo de Oratione.* Initium: *Quo studio et quo affectu a nobis orandus sit Deus &c.* Finis: *Et gratissimum deo sacrificium in ara cordis adoleatur.* Opusculum istud in edit. Opp. *Hugonis a S. Victore Rothom.* 1648. f. extat in *Capita VIII.* divisum T. II. p. 238. cum *Prologo*, quo *Codex noster caret.*

XIX. fol. 190. p. 2. Elenchus *Casuum Excommunicationis latae Sententiae ex Summa, ut dicitur, Hostiensis et toto Corpore Juris excerptus.*

XX. fol. 196. *Sermo magistri Nycolay de Orem ad Papam et ad Cardinales.* In illud *Iſ. C.* 56. *Juxta eſt ſalut mea ut veniat &c.* Initium: *Secundum ſententiam Apostoli ad Ro. 2. et 3. et pluribus locis &c.* Ad calcem: *Explicit sermo magistri Nycolai Orem (Horem, Oresme, Oresmii) factus coram papa et suis Cardinalibus In vigilia nativitatis Domini que fuit quarta Dominica aduentus Domini Anno M° CCC° LXIII°.* Pontificis *Vrbani pape quinti anno ſecundo.* Quod corruptos Clerici mores et abusus in Ecclesia perstringeret, editus a *Fl. Illyrico* in *Cat. Test. Verit.* edit. primae p. 878. a *Job. Wolfio* T. I. *Le&t. memorab.* p. 648. et separa-

ratim a *Salom. Geſnero Witeb.* 1604. 4. ubi tamen erronee in titulo habitus dicitur 1346.

XXI. fol. 205. *Cur Deus homo Gwilbellmi Parisien.* Distinguendum Opusculum ab eo, quod inter *Anjelmi Cantuar.* Opera eodem titulo vifit. Noſtrum incipit: *Ponam ad hoc quatuor radices virtutis noſtre appetitiue Inferioris errorem &c.* Exactum ad edit. *Parisinam Opp. Guilelmi* 1516. f. *Vol. II. fol. 73.* deficit in illis col. 15. verbis: *ex quo per locum a proportione ſequitur —.* Quibus librarius noſter ſubjecit: *De libro Cur deus homo magistri wilhelmi Parisien. plura non deuenerunt ad manus meas, de quibus habuiſsem locum copiandi.* *Guilelmi dicti Parisini* non parum negotii faceſſivere Bibliographis. Noſter *Arvernus* ortu Eccleſiae *Parisinae* ab an. 1228. ad 1249. praefuit. Vide de eo post alios *Fabricium Bibl. med. et inf. Lat.* L. 7. et *Hambergerum P.* IV. p. 384. ubi et plures ejus Operum Editiones memorantur.

XXII. fol. 216. *Materia de casibus excommunicacionis edita per Magistrum Thomam (Ebendorfer) de Haselpach.* Incipit: *Saluator noſter Mat.* 18. cum dixiſet collegio ſanctorum apostolorum &c. Ad calcem: *In die cene denunciacio edita per Egregium doctorem ſacre Theologie et reuerendissimum magistrum Thomam de haselpach pro tunc existentem plebanum in perchtoldsdorff Anno domini M° CCCC° XL4°.* Viri hujuſ de Academia *Vindob.* optimi

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4203

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1339

## C O D I C E S

1340

me meriti vitam, quam ad anno  
1464. produxit, et opera habes  
in *Scriptt. Univ. Vien. P. I. p.*  
139. ubi et Scripti nostri ex *Cod.*  
*Mellicensi* fit mentio.

Thecae anteriori praesentis  
intus adscriptum legitur: *Hunc*  
*librum testatus Monasterio s. dor-*  
*thee in vienna egregius docto[r] sa-*  
*crae Theologie et arcium Magister*  
*narcissus hercz de perching cuius*  
*anima requiescat in pace qui fuit*  
*specialis fautor monasterij. Fuit*  
*Narcissus ab anno 1418. qua-*  
*ter Philosophiae Decanus, anno*  
1423 et 31. totam Academiam  
rexit, et ad D. Stephani Cano-  
nicus diem clausit a. 1442. Un-  
de liquet, Opusculum *Haselba-*  
*chii Codici serius inscriptum*  
fuisse.

CCCXLIII.

196 Codex chartaceus lat. Sec.  
XV. Folior. 124. f. per duas co-  
lumnas a diversis scriptus et olim  
ad *Conventum Vienn. Fratrum*  
*Praed.* pertinens continet sequen-  
tia: I. *Incipit Tractatus de acti-*  
*bus elicitis et imperatis de lecturis*  
*fratris leonardi de ualle brixinen-*  
*si ordinis predicatorum.* Orditur:  
*Prima inquisitio. Que sit voluntas*  
*deliberativa uel deliberata &c.* De  
*Leonardo hoc, ejusque opuscu-*  
*lis, agit Quetifus in *Scriptt. O.**  
*P. T. I. p. 816. et 843. T. II.*  
*p. 823. sed, quod jam de *Valle**  
*Brixinenſi* (Brixenthal in *Tyroli*)  
jam de *Vienna* dictum inveniret,  
immerito in duos secat. Conge-  
renda itaque in *Unum* sunt Scrip-

ta, quae ex *Lambecio* adfert,  
quaeque suo loco etiam hic re-  
censemuntur. Clarebat vero *Leo-*  
*nardus* hic in *Coenobio et Aca-*  
*demia Vienn.* post Sec. XV. me-  
dium. Plura ad *Cod. DLXXXVI.*  
et seqq.

II. fol. 19. *Incipit Prologus*  
in *librum de apibus.* *Quem bonum*  
*vniuersale vocant. Reuerendo in*  
*christo patri fratri bumberto ma-*  
*gistro ordinis predicatorum Sacer-*  
*dos bumilis, cuius nomen ad pre-*  
*fens non urget necessitas nomina-*  
*ri &c.* *Thomas* is est de *Cantim-*  
*prato*, vulgo *Cantipratanus*, in  
*Brabantia* natus, O. P. Sec. XIII.  
Scriptor, qui Opus istud de Of-  
ficio Praelatorum et Subditorum  
piis fabellis pro aevi genio ad-  
spersum *Libris II.* circa an. 1261.  
exegit. Agunt de eo *Quetifus T.*  
I. p. 251. *Foppens Bibl. Belg.*  
P. II. p. 1131. *Fabric. Bibl.*  
*med. et inf. Lat. L. 19. p. 247.*  
Non tamen Versionis *Belgicae*  
meminere, quae teste *Gerdesio*  
*Floril. Libb. rar.* p. 45. et *Vif-*  
*sero* in *Naamlyſt* f. Catal. Editt.  
in *Belgio* Sec. XV. factar. p. 26.  
lucem vedit *Zwollis* per *Petr.*  
*van Os* 1488. f. Codici nostro  
tantum ineſt *Liber I.* in cuius cal-  
ce lego: *Sciant Fratres carissimi*  
*Quod cum Liber de Apibus Ra-*  
*rurus existens diu non poterat a no-*  
*bis obtineri ad transcribendum*  
*propter quedam &c.* Tandem ta-  
men ad instantiam affluosam fra-  
tris leonardi &c. (ejus qui supra)  
*Dominus Magister Martinus ab-*  
*bas Scotorum benedicte memorie*  
*procurauit nobis Exemplar secre-*  
*cius.*